Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift


Ut ponant in dō ſpem ſuam / & non obliuiſcant
operū dī. & mandata eius exquirant.
Ne fiant ſicut patres eorum / generatio praua &
exaſperans.
Generatio que non direxit cor ſuum / & non est
creditus cum dō ſpc eius.
Filii effrem intendentes & mittentes arcum / con
uerſi ſunt in die belli.
Non cuſtodierunt teſtamentum dī / & in lege eius
noluerunt ambulare.
Et obliti ſunt benefactorum eius / & mirabilium
eius quae oſtendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia / in terra
aegypti in campo tanis.
Interrupit mare & perduxit eos / & ſtatuit aquas
quaſi in utre.
Et deduxit eos in nube diei / & tota nocte in illu
minatione ignis.